magna erunt. Sed ante hec omnia inicient uobis
manus suas. et persequentur tradentes in synagogas
et custodias. trahentes ad reges et presides. propter nomen
meum. Continget autem uobis in testimonium. Ponite ergo in
cordibus uestris. non premeditari quemadmodum responde
atis. Ego enim dabo uobis os et sapientiam. cui non poterunt
resistere et contradicere omnes aduersarii uestri. Trademi
ni autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis. et mor
te afficient ex uobis. et eritis odio omnibus propter nomen
meum. Et capillus de capite uestro non peribit. In patientia
uestra possidebitis animas uestras. Off. Anima nostra sicut
passer erepta est de laqueo uenantium. laqueus contritus est.
et nos liberati sumus. Secreta. Benedictio tua domine
larga descendat que et munera nostra deprecantibus
sanctis tuis tibi reddat accepta. et nobis sacramentum redemp
tionis efficiat. Per. Co. Posuerunt mortalia seruorum tuorum
domine escas uolatilibus celi. carnes sanctorum tuorum bestiis terre. secundum
magnitudinem brachii tui posside filios morti punitorum.
Post co. Celestibus refecti sacramentis et gaudiis supplices
te domine deprecamur. ut quorum gloriamur triumphis. prote
gamur auxiliis. Per. In die s. Theodori mr.